„ 1573. ā 9. Jan:

Ex MSS: Bib: Zal: Nro. 364.

# Literæ

## ab Illustrissimo in Prussia Duce, ad Ordines Regni Poloniæ, cum Legatione infrà scripta missæ.

Albertus, Fridericus, Dei Gratiâ Marchio Brandeburgen: ac in Prussia, Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassubarum & Vandalorum Dux, Burgrabius Norimbergen̄, Rugiæq; Princeps, &c.

Officia nostra amica, & quidquid grati præstare possumus, nec non salutem ac benevolentiam Nrām. Rndissimi, Rndi, Illustres, Magnifici ac Generosi, amici honorandi, singulariterq; ac sincerè nobis dilecti. Ablegavimus ad præsentem Regni Conventum Gsos Nobiles ac Egregios Consiliarios Nros fideles Nobis dilectos, Achatium Burggravium & Baronem liberum à Dohna, Capitaneum Morungensem, Venceslaum Schakium à Stangenberg, & Eberhardum Roggium Juris Utriusq; Doctorem, cum certis mandatis ad dignitatis, Eminentiæ, Jurium, Libertatum ac Privilegiorum nostrorum conservationem pertinentibus, quod ea in dubium à nonnullis haud obscurè vocari & labefactari etiam hoc tempore videantur. His itaque, ut Reverendissimæ & Reverendæ Paternitates, Illustritates, & magnificentiæ ac Generositates Vestræ aditum facilem concedant, fidemq; nostra negotia exposituris adhibeant plenam ac integram, & eas omninò rationes ineant, quibus nec Pactis ipsis, nec Juribus, Privilegiis ac libertatibus nostris quidquam derogetur, majorem in modum amicè rogamus, atque contendimus, Rndissimas ac Rndas Vestras Paternitates, Illustritates, Magnificentias ac Genero„

" nerositates, Feliciter ac recte valere cupientes. ~

Datæ Regiomonti, nonâ die Januarij, A. D.ni 1573.

Albertus, Fridericus. &c.